

I. N. J. C. C.

Exercitatio Metaphysica

DE

Nobili illo Entis Attribute sc.

UNITATE,

Quam

In celeberrimâ Leucoreâ:

PRÆSIDE

VIRO Preclarissimo, Pereximio atq; maximè Spectabili

DN. M. CHRISTIANO BIELFELD

Ampliss. Philosoph. Collegii Adjuncto meritiss. ejusdemq;
p.t. Decano

Præceptore ac Promotore suo nullo non Observantiæ
cultu prosequendo.

Publicæ placidæq; Philosophantium disquisitioni submittit
Menl. Septemb.

In Auditorio Majori

A. & R.

GEORGIUS WAGNERUS, Radebergâ Misnicus.



WITTEBERGÆ, Ex Officinâ Jobannis Haken, 1654.

coll. diss. A
1, 2

35. 76.

a. 1. 2.

*Alumnorum Electoralium Saxoniorum in celeberr: Witteberag
gravisimis Ephoris
VIRIS*

Magnifico, plurimum Reverendis Ampliff. atq; Excellenssimis

DN. AUGUSTO BUCHNERO,

*Poes. ac Eloquentia P.P. famigeratissimo Collegij Philos.
totiusq; Academia Seniori venerando atq; p.t. Reſtori.*

DN. JOHANNI MEISNERO,

S.S. Theol. D. celeberrimo atq; P.P.

DN. ANDREÆ CUNADO

*S.S. Theol. D. ac P.P. itemq; Conſiſtorij Electoralis Ad-
ſeſori gravissimo.*

NEC NON

Amplissimo atq; Excellentissimo

DN. JOHANNI ERICO OSTER-

MANNNO, *Græcarum Literarum P.P. celeberrimo.*

*Dn. Præceptoribus Fautoribus atq; Promotoribus suis
ſummè deſerandis*

*Hanc Exercitationem Metaph. in Studiorum
ſuorum Commendationem atque
Promotionem*

*Humillimâ animi Obſervantiâ
dedicatam
voluit*

Georgius Wagnerus, Phil. & Theol. Stud.





ADSIS MI JESU!

U^{Nitas conservat, Multitudo destruit; non ignobile est} *πολυθύλλητον* fluens ex consideratione Unitatis. Docemur a. hoc Effato nihil esse tam bonum tamq; perfectum, videas res seu Physicas seu Ethicas seu etiam Divinas, quod non Unitate gaudeat. His itaque perpensis, non vitio nobis versum iri putavimus, si, quando Exercitationem Metaph. publicę Luci sistere animum induxeramus, materiam de Unitate deq; Unitatis indivisæ divisibilis Principio sc. de Unione, pro virili expēdendam sumeremus. Cum primis a. eā adducti sumus ratione, quod *προειρημένη* tam *Unitas*, quam Unio rectè percepta, singulares in Theologiā, de Deo glorioso, eoq; Vno, deq; Christo Mediatore Uno quoad Personam; geminet a. Substantiæ gigantes, quoad Naturas agentibus pariat fructūs. Suspiramus itaq;

*Une Deus, geminā Naturā, Christe, beate,
Adsis atq; Tuo, cępta favore reple!*

Quatuor a. Membris, nostram Exercitationem Metaph: posse absolvi arbitramur; puta. I. Unitatis Descriptione. II. Unitatis Divisione. III. Unit. Oppositi Mentione. IV. Principij Vnitatis divisibilis s. Unionis evolutione.

I. Membrum Unitatis Descriptionem proponens, Vnitas est Affectio Entis Unita, quā Ens in se est indivisum.

Vera est illa Laus definitionum, quod totam in brevi tabulā spectandam proponunt, & quidem ipsa membra & ordinem singularum partium ostendunt; Verba sunt incomparabilis Theologi B. D. Martini Chemnit. in L. C. p. 1. p. m. 92. Evilceremus itaq; & membra & ordinem partium expositā Descriptione Fieri a. id quā optimè posse, censeamus si videamus tam *Nominalem*; tum *Realem* latè dictam Definitionem.

I. *Nominalis* I. Descriptum; est Unitas: & continet
tria 1. Nominis ΕΤΥΜΟΝ. 2. ΟΜΩΝΥΜΟΝ 3. ΣΥΝΩΝΥΜΟΝ. Quoad 1. Uni-
tas, ut patet, derivatur ab Adjectivo Numeral: Cardin: Unus,
a, um. Hinc & unum, in Neutro, substantivè sumptum Auto-
res pro *Unitate* Metaph. ponant. 2. ΟΜΩΝΥΜΟΝ Unitas alia est.
I. *Exclusiva* quæ exclusionem aliorum notat; ut unus est Deus,
unum est infinitum, sed hæc non est hujus loci, quia ita nõ o-
mne Ens esse Unum. II. *Quantitativa*; quæ in quantis tantum
habet locum. Ubi Quantitas est *vel Continua* vel *Discreta*
Illa est Linea superficies & Corpus Mathematicum: Hæc Nu-
merus cujus Principium est Unitas, quæ radix est Quantitatis
Discreta: & Oratio, quanquam hæc per Accidens tantum quã-
ta dicatur vid. p. m. D. Hopff. l. i. Categ. p. m. 242. Nec hæc Quan-
titativa hujus est Considerationis: Quippe nostra Unitas eaq;
Metaph. est Affectio Entis atque extra Cancellos, Prædicamen-
torum constituta: Quantitativa iisdem inclusa. Metaphysi-
ca est Universalis: Logica Particularis, ita ut neq; Deo, neque
Angelis neque etiam Animabus competere possit. III. *Unitas*
alia est per se, alia per Accidens. Hæc est quæ in se plura con-
tinet per Extræssentialem Conjunctionem, ita unita, ut non
redigantur ad unum per se. Ut strues. Requiritur a. ad Uni-
tatem per Accidens 1. *Actualis plurium Continentia.* Unum per
Accidens ex pluribus non ex unâ re constat: Aliàs foret Vnum
per se. 2. *Contentorum Completa Ratio.* Completa sint Sub-
stantiæ, sint plures per se. In homine 4. sunt Elementa & 3. Prin-
cipia Chymica, calidum innatum. Hæc quidem plura sunt En-
tia, sed non complete Substantiæ. Ita in Exercitu. 3. *Extræ-*
essentialis Conjunctio. Unio non omninò sit intrinseca, ita, ut
omnis divisio absorbeat, sed extrinseca. Non est de Naturâ
lapidis ut cum alijs in Acervum jungatur. Non est de
naturâ Aquæ ut cum melle: Vivum cum Aqua misceatur. Unum
per Accidens. 2. *Dividitur ratione* 1. *Loci.* 2. *Ordinis* 3. *Subjecti.* Seu
ut plurimum Reverendus atq; Excell. Dn. D. Calovius Præceptor
meus summè devenerandus in suâ Metaph. Divinâ mavult. U-
nitas per Accidens est. I. *Collectiva* s. per *Aggregationem*, quæ fit.
1. *eum ordine*; ut in Republ. ubi Collectio est plurium parentiũ
&

& imperantium. In Ecclesiâ inter Auditores & Pastores. In Mû-
do, qui est Collectio omnium Specierum. 2. *sine Ordine*. In Acer-
vo lapidum. II. *Adjunctiva* s. per Associationem. Fit a. hæc
vel in *Infitione*, cum surculus Pomi inseritur in aliam Arbore
in pirum: vel in *Juncturâ*, cum duo Asseres arctissimè con-
glutinantur: ibi non fit unum per se sed per Accidens vel per
futuram; cum Sartor sericum cum panno conjungit.

III. *Subjectiva* quæ fit aut 1. per *Con-
cretionem*: quando 1. Accidens ceu Subjecto jungitur: Albedo
in pomo. 2. *plura Accidentia* cum Subjecto Theologia & Philos.
in uno homine. Huc quoq; referenda venit *Conjunctio suppo-
sitalitatis* strictè ita sumptæ, prout Personæ opponitur, qd. sc:
plures Naturæ in uno Supposito uniuntur: Natura ferri & Na-
tura Ignis in ferro Ignito. Hic oritur Quæstio, num Vnio per-
sonalis etiam huc ad Unum per Accidens sit referenda. Negati-
vam putamus esse amplectendam. Idq; ideo, quia non duæ
per se completæ Naturæ in Christo dantur, quæ sint completæ
tam in essendo quàm in subsistendo. Divina quidem propriâ
gaudet ὑπὸς ἑσῆς secus a. Humana, quæ ut Patres loqvuntur
est ὑπὸς ἄσῆς. 2. In Vno aliquo per Accidens, licet interior
quidem, respectivè np. detur Vnio, non tamen illa ita intrinse-
ca est, ut in uno per se, sed extræss. Conjunctio est, ita ut per in-
timam *παραχώρησιν* absorpta sit omnis divisio & D. & H. N.
in Unitate Personæ inseparabiliter sint conjunctæ, fatente
August. Confess. Art. 3 de Christo. 3. Vnum per Accidens in
personâ Christi non habet locum sed *unum per se personate*. Hinc
II. Unitas per se est vel *strictè* vel *Analogicè* ita dicta. 1. est
quæ unam Essentiam. 2. quæ hoc unum Suppositum, Christû
ἕξ ἑνὸς ἰσῶου constituit. Sed hæc Vnitas per Analogiam Emi-
nentem huc spectat quia in Christo duo adsunt Entia.

IV. *Alia est Rei alia Rationis*. Illa singularis, hæc Univer-
versalis est. Mirum videri posset nonnullis inquit Excell. Dn.
D. Calov. Metaph. D. p. 304. cur faciamus ὀνομαστικῶς Distinctio-
nem Vnitatem *Universalem* & *singularem*, cum videatur pecu-
liaris Entis *Affectio*? At videtur saltem reverà non est. Omnis

n. Affectio disjuncta membra habet, realiter existentia ante mentis operati E em; cum Affectiones reales sint, & non à mēte dependeant. Idem quippe cum ipso Ente, quod non est nisi verum & reale. Universale v. non non est formaliter extra Intellectum & ante mentis operationem; reale quid, in quantum Universale. Omne n. quod est eo ipso dum est, singulare est, ut rectè Boetius ait. *Singularis* itaque est quā Ens ita indivisū est ut in plura numero diversa Entia ejusdem Naturæ non possit dividi. Hic quoad *ὀνοματολογίαν* videnda i. *Homonym.* Alia n. Unitas singularis est *Predicamentalis*, quæ in Quantis &c. datur; Alia *Transcendentalis* quæ abstrahit ab omnibus. 2. *Synonym.* dicitur aliàs Numerica; Materialis; Individualis Unitas. Quoad *πραγματολ.* in descriptione ventilandus est. 1. *Conceptus Contrahibilis*; qui tamen hic subauditur 2. *Conceptus Contrahēs*; qui est: ut Ens ita sit indivisum, quo minus in plures Numero diversas Essentias dividi possit. Ut hic Homo: Hæc Plautaruta. *Universalis* est, quā quid indivisum est, ut tamen pluribus Inferioribus communicari possit, quoad *Nomen & Formale.* Animalitas Homini & Bruto communis est. Hæc Unitas est vel *Vnius Univoci* vel *Analogi.* 1. *Univoci Unitas* est, quā Vnū Universale pluribus ex æquo commune est. Et hæc est vel *Generis*, quā idem pluribus specie diversis tribuitur; vel *Speciei*, quā idem pluribus numero diversis competit. 2. *Unitas Vnivers. Analogi* est, quā *Unum Universale* pluribus inæquater tribuitur, uni primariò, alteri *Secundariò.* Ut; Ens respectu Dei & creaturarum. Intelligitur autem hic Analogum nō Proportionis a. extrinsecæ sed intrinsecæ Attributionis. De quibus plura in Logicis. 2. *Analogici Logici Conceptus* est vel tantum communis, qui non est reverà Genus. Ut: Conceptus Entis ad Inferiorā. Remotā igitur Unitate *Exclusivā Quantitativa*, per Accidens, per se *Analogicè* ita dicta arque *Universali*: tantum huc assumimus *Transcendentalem* s. *Entitativam.* Videamus ergò

II. *Descriptionem Realem.* Ubi ante omnia observandus venit. 1. *Conceptus Contrahibilis.* 2. *Contrahens.* 1. His exprimi-

mi-

nitur verbis. *Est Affectio Entis unita.* Esse Affectioem Uni-
 tam contra Tannerum Disp. 2. quæst. 3. inde claret. Quia cum
 Ente retrocurrit in sensu unito. 2. *Conceptus Contrahens* peti-
 tur. 1. à Materiali, quod est *Ens s. Entitas.* Vti n. omnes Affe-
 ctiones cum Ente retrocurrit in sensu unito. 2. *Conceptus Con-*
trahens petitur. 1. Materiali, quod est *Ens s. Entitas.* Uti n. o-
 mnes Affectioes cum Ente Materialites idem sunt, ita & uni-
 tas, quia hæc implicat Ens. 2. ^{contra se} *A Formali*, quod consistit in
Indivisione. His paucis iterum 1. *Formalem Rationem explica-*
bimus. 2. *Eandem probabimus.* 3. *Incommodas Formal. Ratio-*
nes removebimus. 1. *Indivisio*, de quâ acriter Philosophi, in-
 fert *Negationem Divisionis*, seu ut iterum sequamur pl. Rever. Dn.
 D. Calovium; *Indivisio* est, quâ denegatur Enti divisio in plu-
 ra, completa, vel sese essentialiter inferiora. Optimè, pergit,
 me *Judice*, res constat removendo *Unitatem Rationis & Uni-*
tatem per accidens. Ita n. manifestatur *Unitas rei per se*, quod
 per *Unitatem* res sit indivisibilis & *Essentiam* habeat de sese
 indivisam p. 309. de affect. *Unit. Doctr. Speciali.* *Indivisum au-*
tem per se, absolvitur partim *Remotione Distantie Localis*, quæ,
 sicuti ab omni Vno propriè dicto exulare debet; ita maximè ab
 Vno per se. Quæ n. per loca sunt separata sunt *divisa.* Partim
Remotione Adhesionis merè extrinsecæ. Vt; in *Acervo fru-*
menti aliqualis non per se *Indivisio* daturæ. Partim *Remoti-*
one Concretionis accidentalis; qn. *accidens* cum quâdam per-
 meatione conjuncta est: quâque plures *Naturæ* ad unum sup-
 positum uniuntur. Hæc quidem utut *intrinsecæ* uniantur ali-
 quo modo, manent tamen uniuntur *divisæ.* Hæcque
indivisio proximè ad *Vnum* per se accedit. Quæ-
 ritur itaque hîc, quidnam *Indivisio*, seu *Negatio Divisionis*
 Enti superaddat? Variant hîc *Autores.* *Avicenna*, testibus
Svarez. Disp. 4. & *Arnisæo* in *Epitome Metaph.* statuit: *Unū En-*
titatē quandâ realiter distinctam ipsi superaddere. 2. *Scotus* asse-
 rit, *Vnum* quid *Positivi Enti* superaddere, quod comitaretur
Negatio Divisionis. 3. *Henricus ap. Scal.* Exerc. 65. s. 5. ait: *Unita-*
tē esse Privationem divisibilitatis, idèq; alij *Doctores* faciunt.

4. Alij pro Negatione Multitudinis habēt. Respondetur breviter. Ad 1. Si Novam Entitatem Indivisio Enti superadderet: hoc modo progressus in infinitum daretur, semperq; quaestio recurreret de Vnitatis illius rei, utrum esset una per se, a. per aliquid additum. Ad 2. Si Scotus vocem *Positivi* rigorose sumit; Sententia haec cum priori coincidit. Interim Rationes Scoti, teste Fonseca l. 4. non puram negationem probant. Ad 3. Indivisio *in se* non privationem notat. Alias n. oppositum Vnitatis sc. Divisio esset de Naturae Entis. Privatio n. est Absentia Habitūs adesse debiti. Alii quidem addunt; Indivisionem non proprie sed Metaphoricè notare Privationem sc. assimilari Privationi. Qui lanè tolerabiliores sunt. Scheibl. l. 1. c. 4. Ad 4. Etsi Vnitas cum multitudine non potest consistere, confuse tamen Intellectui sistitur. Remoto itaque hoc, Indivisionem non inferre a. novam Entitatem a. Privationem a. Multitud: negationem; manet, quod *Negationem Indivisionis* importet, quae Imperfectionem tollit & perfectionem ponit teste Cl. Dn. Scheibl. l. 1. Met. c. 4. Art. 1. 2. Confer. Aristot. l. 4. Metaph: c. 6. t. II. B. Mart. Exerc. Met. 6. Th. 4. p. 254.

II. Probandum venit Formalem Rationem Vnitatis esse Indivisionem 1. Quic. Mēs, auditā Vnitatis Voce, statim concipit, id est Formalis Ratio Vnitatis. Atqui Indivisionem, Vnitatis voce auditā Meus statim concipit E. Consequentia Majoris est, quia in omni Conceptu, modum concipiendi sequi debemus. Minor patet. 2. Qu. per Vnitatem a nobis exprimitur, in eo consistit Formale Vnitatis. Atqui Indivisio per Vnitatem a nobis exprimitur. E. Major inde constat: quia quando Indivisionem volumus exprimere unitatem dicimus. 3. Si Divisio Oppositi utp. Multitudinis, Formale est, sequitur Indivisionem Vnitatis esse Formalem Rationem. Atqui Divisio est Multitudinis Formale, E. Major. Posito uno Oppositorum, necessario removetur alterum. Minor ex Descript. Mult patet. vid. pl. Rev. Dn. D. Scharff. in Theol. Transc. Disp. 6. th. 16.

III. Incommodae Formales Rationes removendae sunt. Si quidem 1. Alii pro Formali habent *Indivisibilitatem* ut Tannero Disp. 2. part. 1. Sed negandum esse hoc arbitramur, quia haec non est

est

est Formale Vnius Indivisibilis. 2. Datur Vnitas quæ non est Indivisibilis, sc. divisibilis. Vt 1. omne Ens Compositum. Homo est Vnum sed non indivisibili Vnitate, quia in Animam & Corpus dividi potest. 2. Alij Formale, Vnitatis extendunt & tanquam necessarium addunt, quod Ens sit *divisum* à quolibet alio: Ita sc. ut contendant Vnum non posse perfectè describi sine illâ additione, & Quoc. Concepto Entis Vnitas insufficientissimè exprimitur, eo v. non concepto eadem tollitur; illud est integra Formalis Ratio.

Atqui concepto hoc, quod aliquid sit indivisam in sese sufficientiss, Entis Vnitas exprimitur &c. E. esse indivisum in se, est Vnitatis integra Formalis ratio. Et consequenter: quic. ulterius non tam Explicationis quàm Necessitatis Causâ urgetur est superfluum. 2. Aliud à quo est divisum: Aut est Ens Actuale, a. Possibile a. Impossibile a. non-Ens. Si prius, quod divisum sit ab alio sc. Ente Actuali tum semper inferetur multitudo & sic deus ab æterno existens unus admittit aliud ab eo æterno actuale Ens, quod est absurdum. Si ab Ente Possibilitate Deum ab æterno existens ^{non fuit} unus admittit aliud ab æterno actuale Ens, quod est absurdum. Si à non Ente s. impossibili; id eum Affirmatio dividetur à Negatione per aliam Negationem & ita procederetur usque in infinitum Rectius itaq; *divisum ab alio* aut Consequens Vnitatis est, ut censet Cl. Dn. Scheibl l. 1. Met. c. 4. Art. 2. aut ad disjunctas Affectiones pertinet ab Vnitate profluens: docente pl. Rever. Dn. D. Calov. in M. D. c. 4. p. gr. th. 3. p. 309. Conferatur Svarcz Disp. 4. Sect. Lm. 16 p. 76. B. Mart. Exerc. Met. 6. th. 3. p. 248. 253. Corn. Mart. p. 97. & 103.

II. Membrum Divisionem Unitatis exhibens.

Vnitas alia est 1. Per essentiam. 2. alia per Participationem. Illa Vnitatem habet à se independenter: sic solus Deus est unus sc. eminenter. Hæc; Vnitatem habet à summo illo & independenter Vno. Ut omnis Creatura. II. Alia est Indivisa Indivisibilis. 2. Indivisa divisibilis. Prior est; quâ quid in realiter distincta. Principia resolvi nequit. Sen, quæ divisionem Actuale & Aptitudinale respicit. ut Deus. 2. κατὰ τὴν s. Respectivè quæ unitas Angelis, Animabus & Accidentibus competit. Hæc. q. Formæ simplices sunt de Vnitate participant. Differunt

ū. ab Vnitate ἀπλῶς ita dictā i. ob dependentiam. Angeli, Anima, Abstractæ Formæ dependent à Deo. 2. Ob mutabilitatem non repugnant mutationi ab extrinseco Principio. 3. Ob Multiplicabilitatem. Salvâ Essentia, accidentia, Homo Angeli in pluribus multiplicari possunt. Multi Habitus in uno esse possunt Homine. Posterior; *Indivisa divisibilis*; quæ in plura realiter distincta Principia resolvi potest. Ut: Homo, etsi unus est tamen dividi potest in Corpus & Animam. Stella in Materiam & Formam. Hujus Vnitatis Principium est. *Unio s. Unio*. Formale est Unitorum *Indiviso Consequens* vel Effectū ex Vnitione resultans est *Communio*. De quibus paulò post.

III. Membrum Oppositum Vnitatis s. Multitudinem referens.
Hic iterum observanda *partim ὀνοματολ.* ubi Homonymia i. Sumitur pro multitudine rerum potentiâ divisarum: Vti in omni Composito. Ibi quidem non actu multa sunt sed dari possunt. 3. Pro multitudine rerum Actu diversarū. Hæc q̄; Vnitati opposita est, oppositione sc: generali & hujus est loci. *Partim πραγματολ.* describitur ita: Multitudo est eorum quæ actu divisa sunt.

IV. Membrum Vnionem sistens.
Quoad *ὀνοματολ.* videnda prius *Homonymia*. Vbi Vnio sumitur vel *Activè* pro Actu, in sensu transitorio, ita ut Vnitionē notet. *II. Passivè* pro passivâ Vnibilitate: q̄. res dicuntur uniri. *III. Relativè* pro mutuo rerum unitarum respectu, quæ propriè huc facit. Hic a. ante omnia notandum, cum Vnio importet Relationem Subjectum: Fundamentum: Terminus. consulatur Dn. D. Calov. M. D. p. 314. *IV. Quoad Homon:* huc pertinet Vnio *Accidentalis* quæ est Conjunctio plurium rerum ad unum Ens per Accidens constituendum. Et hæc est impropria Vnio. 3. autem sunt hic observ. 1. *Materiale*: quod requirantur plures res seu sint Substantiæ ut Grana Tritici in acervo, seu *Accidentia* ut Habitus multi in uno Homine. 2. *Formale*: quod res divisæ maneat in sese post Conjunctionem: Lapidēs divisi manent in Acervo. 3. *Terminus*: quod Unum per Accidens efficiatur. Hæc Vnio Accid. totupliciter contingit, quotuplex est Terminus. Hinc fit. 1. *Per Aggregationem*. 1. *ordinatam* ut in Exercitu. 2. *Inordinatam*: *Insterue*. *II. Per Concretionem*. 1. *Subjecti cum Accidente*. 2. *pluriū*
Ac.

Accidentium in Subiecto. Hæc suppositalis Unio contradistinctio
 Etia Personali referenda, ubi complete sunt Essentia & ad unum
 conjunguntur. Ut: in Ferro ignito, ubi Ignis penetratio per
 poros ferri datur. *III. Per Associationem:* cum Asseres conglutina
 venit, cum Angelus assistit lateri, Accidenti est Unio. Ad V-
 nionem Accidentalem pl. Rever. Dn. D. Calovius etiam quodam-
 modo Unionem *μουσικήν* tum *Sacramentalem*, tum *Spiritualem*
 tum *Cœlestem* revocandam esse statuit Met. D. p. 319. Quarum
 illa in S. Cœnâ inter rem terrenam & Cœlestem: Ista inter
 Cor fidele & Christum in hâc vitâ: Hæc inter Beatos & S. S. Tri-
 nitatem in alterâ vitâ. Prima dicitur *Symbolica*. 2. *Gratiosa*.
 3. *Gloriosa*. Sed observes *Mythicam* non nisi *κατ' ἀναλογία* dici
παρασπαστικήν s. removenda omnes Imperfectiones & eminentiâ
 concipendo. *II. Unio per Accidens* est vel *Externa* vel *Interna*
 1. *Externa* vel propria quando verè aliqua accidentaliter uniun-
 tur. 2. *Impropria* quæ est habitudo ad aliud sine reali præ-
 sentiâ estque 1. *Socialis* in Societate Conjugali, Civili, Spiritua-
 li: s. in Oeconomica, Politica, Ecclesiastica. 2. *Moralis* quæ est cõ-
 sensus Voluntatis & mentis: cum quidam idem volunt idem-
 que nolunt. 3. *Verbalis* quæ est nuda convenientia in verbis.
 Ut: Domitianus est Leo. Est tantum *Metaphorica* locutio. 3.
Notionalis: inter Genus & Speciem. *II. Quoad πρᾶγματολ.*
 ita describ. *Unio est Concursus communicabilis, rerum per Na-*
ram distinctarum. Dividitur: *Unio alia est.* 1. *Realis*, quæ est vel
 Unio per se; vel *per Accidens*: De hâc in nominal. distinct. a-
 ctum. Illa est Copulatio plurium Substantiarum realiter distin-
 ctarum ad unum per se *constituendum.* *Materiale* est plures
 Substantiæ realiter distinctæ. 1. Ad sunt plures Substantiæ. Acci-
 dentia inepta sunt ad unum hoc constituendum. 2. realiter
 distinctæ; non localiter; non habeant localem distantiam, sed
 ratione Naturarum, alia sit Essentia hujus: alia alterius Naturæ.
 Hinc observ. circa extrema quod illæ distinctæ Naturæ ante &
 post Unionem distinctæ maneat. Ut qn. Anima cum corpore
 unit., ibi post Unionem & in Unione diversa est Essentia
 animæ diversa Corporis. Sic in duarum Naturarum in Christo
 alia est Essentia D. N. alia H. N. 2. quod inter hæc extrema detur
 Ha.

Habitudo: Altera Natura sit tanquam δύναμις ut apta sit ad re-
 cipiendum. Altera ut ἐντελέχεια quæ perficere possit. Ut in
 corporibus Materia se habet ut δύναμις; Forma ut ἐντελέχεια
 Sic in Christo, *II. Formale, in arctissima copulatione & conjuncti-
 communicativa illarum* Naturarum consistit, quæ penitus imme-
 atio & permeatio fit. Nobilius n. ignobilius quoad Essentiam
 & proprietates totum, cum exclusione separationis & distan-
 tiæ permeat. Duæ Essentiæ, Materiæ & Formæ per intimam
 περιχώρησιν ita sunt unitæ, ut Forma tanquam nobilius possi-
 deatur ab ignobiliore adeoque sibi sint præsentis. Ubi Mate-
 ria ibi Forma; & ubi Forma ibi Materia. Ita in Christo vid. B. D.
 Meissn. Phil. Sobr. p. 1. Dn. D. Scharff. in *Anti-Calv. dissert. III. Ter-
 minus: Vnum per se.* Cum n. talis intima περιχώρησις sit re-
 sultat inde indivisum unum. Div. Union. per se. Alia est 1. *Essen-
 tialis. 2. Personalis.* 1. est quæ plures Essentiæ incompletæ ad unam
 essentiam constituendam uniuntur ut Materia & Forma. Corp9
 & Anima. 2. *Person.* cum in essendo completæ Essentiæ uniun-
 tur, ad unam personam per se constituendam. Ut in Christo
 θεανθρώπου ubi D. & H. N. Substantiæ in essendo, completæ per arctiss.
 cōjunctionū uniuntur ut una per se persona sc. in essendo nō in sub-
 sistendo oriatur. Probat a. Unionem hanc non ad accid. sed ad
 Union. per se pertinere. 1. *Ex Materiali. 2. Formali. 3. Termino.* In
 quæc. Unione duæ Substantiæ realiter distinctæ uniuntur ut in-
 tima περιχώρησις adfit & unum per se indivisum constituatur.
 Ibi Unio non accidentalis sed per se datur. In Unione perso-
 nali Christi duæ realiter distinctæ Substantiæ (sc. H. & D. N.) ita
 uniuntur ut intima περιχώρησις adfit (D. n. N.) quæ sua sunt
 Humanæ donavit & H. N. eadem recepit) & unum indivisum
 constituatur [sc. Naturæ in Christo ἀδιαρέτως ἀχωρίτως & ἀ-
 διαστάτως sunt unitæ: vel quod Athanasius 4 dialogo brevi Sē-
 tentiā complectitur ὁ ἐνώσας ἐκ ἀφῆκε vid. B. Dn. Mart. Che-
 mnit. de duabus Naturis in Christo.] E. Unio per se, non per
 accidens est Unio personalis. de Communione, quæ tanquam
 Effectus ex Unione fluit propter Augustinam pagellarum hæc
 vice adjicere non licet. Interim

Une Deus geminā Naturā Christe, beate,

Hæc pro dote Tibi Gloria Lausq, datur,



Coll. diss. A. M. misc. 2